



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput II. Ex Concilio (a) Nannetensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

ajebat: *Ne quod sit iurgium inter me & te. Et pastores meos, & pastores tuos; fratres enim sumus: ecce universa terra coram te est, recede a me, obsecro; si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo; si in dexteram elegis, ego ad sinistram pergam.* Ideo PP. in praesenti itatim plebem dividendam esse sanxerunt, certam formam divisioni prescribentes, videlicet ut unus ex Episcopis dividetur, & divisione facta, alter eligeret; si enim unius, idemque dividendi simul, & eligendi potestatem sibi vindicet, iniquissima, immo & leonina divisio erit, quod agnitus Marcus Tul. lib. 2. de Oratore, ibi: *An ergo, inquit, oblitus es, Crasse, Antonium ita partitum esse tecum, ut ipse instrumentum Oratoris exponebat, sibi eius distinctionem, atque ornatum relinqueret.* Tiberius apud Dionem ajebat: *Quanam irratione fiat, ut idem dividat, qui & pariter eligat.* Seneca lib. 5. de benefic. c. 16. ubi dum provincias ut eligat, distribuit, ait: *Ut alter dividat, & alter eligat.* Constantinus etiam Imperator hoc privilegium singulari jure concessit uxori defuncti, que tacitum fideicommissum a se reliatum delitularet, ut patrimonii dimidium ablatura, divisionem cum filio celebraret, & portionem ipsa prior eligeret: notariorum Fornerius libros 5. rerum quotid. capite 22. Vinnius libro 1. select. cap. 34. Aequior ergo certè est illa divisionis forma, multorum populorum usu, & variorum auctorum testimonio comprobata, ut alteri divisioni, alteri electio concedatur, l. 1. C. de his, qui se deferant, libro 10. l. 2. Cod. de metatis, & epid. l. 2. Cod. quando & quibus quarta. D. Augustinus lib. 16. de civit. Dei cap. 20. Quando terrenorum aliquid partiendum est, major dividat, & minor eligat. Illustrant ultra congettus à Barbosa in presenti, Mancinus de tripli juris collar. lib. 1. cap. 20. Forner. dict. cap. 22. Stephanus Duran- tius quest. 37. Bronchorst. cent. 1. miscel. assert. 52. Cujacius lib. 13. obs. cap. 24. & in l. 2. Cod. quando & quibus, Andreas Scotus ad Senecam dict. contr. 3. Gothofredus in dict. l. 2. Mynsingerus lib. 4. observ. cap. 37. Arniseus, de jure reip. 2. p. relect. cap. 2. sect. 8. num. 277. Pineda tom. 1. mon. lib. 2. cap. 2. §. 1. & quoniam attate proiectiores praecepit judicii maturitate possent, ideo divisionis arbitrium eis plerumq; concedunt, junioribus autem ligendi facultas: cuius distinctione aequitatem commendans D. Ambrosius lib. 1. de Abrahamo, cap. 3. inquit: *Firmior dividat, infirmior eligat, ne habeat quod conqueratur.* Electionis enim sue partem non poterit calumnari: non residet occasio refrendi, cui datur optio eligendi. Nec divisor gravatur; nam quo prudenter, eo cautor, ut nec indivisione circumscribatur, nec in electione fraudetur. D. Augustinus lib. 16. de civit. Dei cap. 20 idem factum Abraham referens, ait: *Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica confuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum est, major dividat, minor eligat.* Facit Seneca lib. 6. declamat. 1. ibi: *major dividat, minor eligat.* Unde Patres Ecclesiae in praesenti jubent, ut antiquior Episcopus dividat, Junior vero eligat, ut nulla fraudis suspicio in Catholicos dari possit. Et licet hanc divisionis rationem in judicio familie exercitare, alisque controverbis in judicium deductis observari debere plures crediderint relati à Barbosa in presenti; tamen rectius cum aliis existimat Vitinius dict. cap. 34. hanc divisionis formam in pacifica bonorum possessione, id est extra-judiciali, observandam esse; nam ubi semel Judicis officium implorati coepit, & causa in judicium deducta est, tunc omne id, quod in illo judicio continetur, cognitioni judicis relinquendum est, & ejus sententia decidendum; aut si facis diffiniri nequivent, forte committendum erit, l. 4. & 5. ff. famili. exercit. l. si duobus, C. communia de legat. l. 2. C. quando & quibus quartis pars, §. si familia, Inst. de offic. judic. Prosequuntur Patres in praesenti canone alium casum, quando videbile est in diocesi unus est locus, qui non accipit commodam divisionem: & docent ad eum Episcopum spectare, quem plebs elegerit, & recte, cum hujus Concilii temporibus in electionibus Episcoporum non parum attendetur populi consensus, ut probavi in cap. 2. de elect. Procedunt deinde PP. ad casum illum, cum Catholici petunt suum Episcopum Catholicum, conversi vero à Donatistis suum conversum: & statuant, tunc maiorem partem preferendam esse minori, juxta adducta in cap. 1. de his quo sunt à major. & si partes aequales sint, locus antiquiori praestetur, quia firmior, & idoneior creditur; ex supra traditis: & licet aliquis dicat hoc casu Dei judicio, id est forte, dubium hoc dirimi posse, ut in Concilio Aquilanus. can. 5. relato a Burchardo lib. 3. Decreti, cap. 22. in haec verba: *Piores baptismales Ecclesiae in una terminazione esse non possunt, sed una tantummodo cum subditis capellis, & si contentio fuerit de terminazione duarum matricum, plebes utrarumque decernatur; & si non convenienter, lis Dei judicio decernatur.* Id tamen procedit quando alter negotium dirimi non potest: at vero in praesenti casu populi suffragiis controversia juxta regulas supra traditas decidi potest.

## CAPUT II.

Ex Concilio (a) Nannetenſt.

**I**N (b) Dominicis diebus, vel festis (c) presbyteri antequam Missam (d) celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contemptu Presbytero, ibi Missam velit audire; quem si invenerint, statim ab Ecclesia ejicant.

## N O T A E.

(a) **Nannetenſi.**] Ita legendum, ut habetur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 2. apud Burchardum lib. 2. Decret. cap. 92. Carnot, p. 2. cap. 122. Licet male à Carnotensi citetur canon hic ordine 19. & à Burchardo 419. cùm sit canon i. ipsius Concilii, ubi ita legitur: *Ut Dominiciſ, & feliſ diebus presbyteri antequam Missas celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in Ecclesia ſit, qui proprio contempoſo presbytero ibi Missam velis audire, quem ſi invenerint, ſtatiuſ ab Ecclesia ejicant, & ad ſuam parochiam redire compellant. Similiter interrogent, ſi aliquis diſcordantes ſint, qui inter ſe litem implacabilem habeant, & ſi inventi fuerint, ſtatiuſ reconcilientur. Quod ſi reuerint pacem ſuſcipere, ab Ecclesia ejicantur, uſque ad charitatem redeant. Non enim poſſimus vel oblationem ad altare offerre, donec priuati reconciliemur. His ita peraltiſ ſacerdotes Missarum ſolennia ritè peragant.* Et canone 2. ejufdem Concilii ſic: *Ut nullus presbyter alterius parochianum, niſi in itinero ſuicit, vel placitum ibi habuerit, ad Missam recipiat.* De Concilio hoc Nannetenſi nonnulla adduxi in cap. 1. de cohabit. cleric.

(b) **Dominiciſ.**] De antiquitate, & ſolennitate diei Domini plura adduxi in cap. 1. de feriis: in praefenti tantum ſupponitur, in ea die teneri omnes fideles in propria parochiam convenire, Missaque ſacrificio interelle, ut jubetur in Concilio Meldensi can. 35. in illis verbiſ: *Diebus vero Dominiſ, & Sanctorum feſtis, vigiliis, & orationibus, & ad Missas cuilibet Chrifiano cum oblationibus eſt currentib, & tantummodo Deo vacandum.* Concil. Agathensi relato in cap. Missas, de conſecr. dif. 1. ubi P. graveri increpantes nonnullos fideles, quia ſacerdotis benedictionem, cum Missa ſacrificium offerebatur, ab Ecclesia exire conſueverant, ita fanxerunt: *Missas die Domini ſecularibus totas audiari ſpeciali ordine precepimus, ita ut ante benedictio ſacerdotis egredi populus non preſumatur.* Benedictio enim, de qua agunt Patres, dabatur a Presbytero in fine Missæ, ut ait Caſarius Arelatenſis, qui prædicto Concilio præfuit, homil. 12. ibi: *Ideo qui uult Missas ad integrum cum lucro anima ſua celebrare, uſquequo oratio Domina dicitur, & benedictio populo detur, humiliato corpore, & compuncto corde debet ſe in Ecclesia continere.* Concil. Tolet. 4. can. 17. ibi: *Sed poſt oblationem dominicam, & conſumptionem panis, & calicis benedictio in populum sequatur.* Valfridus Strabo capite 12. de rebus Ecclesiasticis, ibi: *Statutum est Aurelianensi Concilio, ut populus ante benedictionem ſacerdotis non egreditur de Missa.* Amalarius lib. 3. de Eccles. offic. capite 36. ibi: *Hunc morem tenet Sacerdos, ut poſt omnia Sacra menta conſummatā benedicat populo, atque ſaluet. Deinde reverſus ad Orientem Domini ascensioni. Rabanus lib. 1. de iſtitut. cleric. capite 33. Poſt conſumptionem ergo, & poſt ejufdem nominiſ canticum, daꝝ benedictione a ſacerdote ad plebem, Diaconus predicit Missa officium eſſe peractum, dans licenſiam abeundi. Plura de hac benedictione congeſerunt Baronius anno 58. numero 88. Severinus in notis ad dict. Concilium Agathense, Menardus ad Sacram. D. Gregorii, fol. 28. Sauſay in Panop. ſacerd. p. 2. lib. 2. artic. 7. ubi expo-*

nit difficultem canonem 47. ipsius Concilii Agath. Eandem obligationem audiendi Missam in diebus Dominicis prefribunt PP. Concil. Conſtantinop. 6. can. 8. his verbiſ: *Diei Domini ſanta debet eſſe obſervatio, ut preter orationes, & Missarum ſolennia, & ea, qua ad reſendum pertinent, nihil aliud fiat.* Et paulo poſt: *Concurrentem etiam eſt cum oblationibus ad Missarum ſolennia.* Concilium Forojuſiene can. 13. Concil. Emerit. can. 19. Concil. Aurelian. 3. can. 18. Matifon. can. 1. Triburiense can. 35. quorum verba refert Fileſacuſ de origine paroch. cap. 5. Inde ſacrificium Missa appellatur Dominicum. D. Dyprius epiftol. 63. ubi de Missa agens, ait: *Nunquid ergo Dominicum poſt canam celebrare debemus?* Ex actis S. Saturnini, & aliorum Martyrum probant Zerda in advers. ſacr. capite 32. num. 10. Roma Subter. tom. 1. lib. 1. cap. 31. plura P. Henao tom. 3. de ſacrif. Missa, diſputat. 30. ſect. 3.

(c) **Presbyteri.**] Id eſt Parochi. Parochienim in veteribus Eccleſiae canonibus ſimpliciter preſbyteri dicebantur. Concil. Emerit. can. 9. ibi: *Convenient in omnibus nobis hęc manet ſententia, quia digna eſt obſervatio in provincia noſtra. Placuit, ne quisquis ab Epifcopo ſanctum in poſtate preſbyteris ad diſtribuendum tempore opportuno acceperit Chriſta, nihil ab eis beneficio cauſa tollere, aut petere preſumatur.* Concil. Carthag. 5. can. 36. Preſbyteri, qui per diocēſes Eccleſias regunt, non a quibuslibet Epifcopis, ſed a ſuis; ne per juniores clericum, ſed omni anno, aut per ſeipſos, aut per illam, qui ſacrarium tenet, ante Paſcha ſolemnitatem chriſta petant. Quem canonem ex Concilio Valentino Hispaniæ citant Burehardus lib. 4. Decretalium, cap. 76. Ivo Carnot. part. 1. Decret. cap. 270. & canon ille reperitus eſt in Concil. Vaſenſi, can. 3. Vormatiensi can. 60. Sueffionensi temporibus Pipini, ibi: *Preſbyter, qui in parochia eſt, in Cenā Domini rationem, & ordinem ministerii ſui Epifco reddat.* Et cap. preſbyter 2. queſt. 5. capite omnis preſbyter, de conſecr. difſimil. 4. Concil. Meldenſe can. 75. Epan. can. 7.

(d) **Missam celebrent.**] Publicam videlicet; olim enim femel tantum in hebdomada Miſſa publica celebribat. Justinus Matyr, qui ſacra, & Christianorum ceremonias narrans, apoleg. 1. ſic ait: *Die, qui Solis dicitur, omni, qui in oppidis, vel agris morantur, unum in locum convenerint, commentariaque Apofolorum, vel Prophetarum ſcripta legantur.* Et in actibus Apofolorum, cap. 20. legitur: *Una autem Sabbathi cum conueniſſemus ad frangendū panem. Ubi per unam Sabbathi intelligi diem Dominicum, jam notavi in capite 1. de feriis; & per fractiōnem panis intelligi Missa ſacrificium, probat Vicecomes volum. 3. de riſibus Missa, lib. 3. cap. 11. Poſt verò cum de Centiliū in Christianis odio non nihil remitti coepiſſet, mos invaliuit, ut omnibus feſti diebus publica Miſſa celebrentur; quod accidit ante tempora Fabiani Papae, à quo ita ſcriptum eft epift. 1. ad dilectiſſimas ubique Catholicę Eccleſias communiftris, ibi: Septem ergo Diaconos in urbe Roma per septem regiones ciuitatis, ſicut à Patribus accepimus, habemus, qui per ſingula hebdomadas, & Dominicis die, atque festivitatibus ſolennia cum ſubdiaconiſbus, & acolytis, ac ſequacium ordinum ministris, in juxta ſibi obſervant ministeria, & parati omni hora ſunt ad*

*ad divinum officium. & quicquid eis injungitur, per-*  
*agendum. Eo enim loco Fabianus non modo sacri-*  
*diebus festis peragendi usum demonstrat, verum*  
*etiam illum à Patribus, hoc est majoribus suis*  
*acceptum esse testatur. De hac Missa publi-*  
*ca, & de ejus ritibus agit Vicecomes dicto lib. 3.*  
*cap. II.*

## COMENTARIUM.

*Ex* præsenti Concili Nannet. canone talis  
*deducitur communiter assertio: Parochi alieni*  
*parochianos diebus Dominicis & festis ad Mis-*  
*saram solennia admittere non debent, immo eos ab-*  
*scire. Probat eam textus in cap. nullus 5. 9. q. 2.*  
*cap. non oportet 6. de consecr. dist. 2. canon 2. hujus*  
*Concili supra relatus. Concilium Rothomag-*  
*can. 5. apud Burchardum lib. 2. Decret. cap. 61.*  
*Carnot. p. 2. cap. 121. Concilium Cabilon. sub*  
*Carolo cap. 19. Tolosanum can. 21. apud File-*  
*facum de origine parœc. cap. 6. Senones temporibus Francisci I. can. 12. ibi: Admonent fre-*  
*quenter curati suos parochianos, ut interficiant Missa*  
*parœcialis diebus Dominicis & festis per hebdomadam*  
*occurredit: quod si legitimo cessante impedimento*  
*ab aliquentia sui curati per tres dominicos neglexe-*  
*rim interessere Missa parœcialis, denuncient statim pro-*  
*motoribus, ut promensura contemptus, vel offensa pu-*  
*niantur. Theodulphus Aurelian. Episcopus in*  
*epist. ad parochos. cap. 45. & 46. ibi: Missa, que*  
*per dies Dominicos peculiares a sacerdotibus sunt, non*  
*ita in publico fiant, ut per eas populus a publicis*  
*Missarum solennibus, quæboratoria canonice sunt,*  
*abstrahatur. Innocentius I. in epist. ad Decentium*  
*Episc. cap. 5. refert Romanos fideles Dominicis*  
*diebus ad suos titulos, seu Ecclesiæ parochiales*  
*convenire solitos fuissent. Carolus Magnus lib. 5.*  
*cap. 220. ibi: Ut omnis presbyter die Dominicis cum*  
*psallentio circumeat Ecclesiam suam unâ cum populo,*  
*& aquam benedictam secum ferat. Quid autem per*  
*psallentium ibi accipiat, exponit Filefacus de origine parœc. cap. 6. Alia iuris testimonia*  
*referunt Antonius Augustinus in epist. jur. lib. 6.*  
*tit. 24. Filefacus ubi proxime. Illustrant Barbosa*  
*de porœ. Episcop. alleg. 24. num. 18. & de offic. pa-*  
*rot. lib. 1. cap. 11. Suarez de sacram. q. 83. dis-*  
*put. 88. artic. 6. scilicet 5. & de relig. 1. tom. lib. 2. de*  
*diebus festis. cap. 15. Crescens in summa, verbo*  
*Missa diebus festis, Azor. 1. tom. instit. lib. 5. cap. 6.*  
*Lantdmeter. lib. 2. de verer. mon. cap. 68. Corinthus*  
*lib. 2. apoborism. iii. 6. Bruno Chaflaing de privul. re-*  
*gul. cap. 7. propos. 1. Garcia in summa, tract. 4. dif-*  
*ficult. 5. dub. 6. Frances de Eccles. Cathedr. cap. 21.*  
*num. 51. Alteferra lib. 6. differt. cap. 2.*

*Sed in hanc assertiōnē ita pro dubitandi*  
*ratione argumentor: Præceptum omnibus fide-*  
*libus ab Ecclesia injunctum audiendi Missa ta-*  
*ctificium Dominicis, & alii festis diebus, cir-*  
*cumscriptum non est illi, vel illi Ecclesia, sed*  
*absolutè audiendi Missam, cap. Missas, de consecr.*  
*dist. 1. ibi: Missas die Dominicis seculares totas*  
*audire specialis ordinatione præcipimus. Concilium*  
*Triburiente can. 31. ibi: Diebus Dominicis, &*  
*sanctorum festis ad Missas cuiuslibet Christiano cum*  
*oblationibus est currentum. Et cap. omnes, de con-*  
*scr. dist. 1. Igitur non debent parochiani cogi*  
*in illis diebus necessario Missam audire in pro-*  
*pria parochia, cum rectè præceptum Ecclesiastici*  
*cum adimplent aliis sacrificium Missæ audiendis.*

do. Unde ferè in universalis Ecclesia receptum  
 est, ut fideles laici ritè, & rectè satisfaciant præce-  
 pto, in monasteriis, oratoriis, & aliis locis Deo  
 consecratis Missam audiendo, ut cum pluribus  
 Theologis Moralistis probat Hieronymus Garcia  
 dictu[m] dub. 6. Igitur non rectè in præsenti paro-  
 chiani laici coguntur Missæ parœciali interesse.  
 Augetur hæc difficultas ex eo; nam ejusdictio fide-  
 lis ab Ecclesia, non nisi ex magna, & gravi causa  
 imponi potest, & pro lethali culpa, cap. nemo, cap.  
 nullus 11. q[uod] 3. Sed aliena parochia interesse  
 tempore, quo Missa sacrificium offertur, pecca-  
 tum lethale non est, ut manet probatum: Igitur  
 non rectè statuitur, parochianos alienis Ecclesiis  
 interessentes ab eis per Presbyteros ejici de-  
 bere.

Quâ dubitandi ratione non obstante vera est  
 præfens assertio, pro cuius expositione sciendum  
 est, parochi, & parochia nomen valde antiquum  
 esse, nec rectè confundi cum parœcia: quippe pa-  
 rochus idem est, ac diversior dominus, qui ni-  
 mirum peregrinantes parte commutatus juvat, pre-  
 cipue cum Reipublicæ causâ iter aggrediuntur, ut  
 colligitur ex Horatio lib. 1. serm. sacr. 5. ubi ait:

Proxima Campano ponti, qua vallis rectum  
 Prohbit. & parochi qui debent ligna, saltemque.

Ubi Prophirius notat: Parochi copiarii dicuntur,  
 id est ab exhibendo; bodie autem a copiaris pre-  
 stantur hec, nimurum lignum, & sal, his, qui re-  
 publica causâ ster faciunt. Acron etiam ad ipsum  
 Horatium lib. 2. satyr. 8. ait: Parochi dicuntur qui  
 hospitibus publicè exhibent necessaria. Idem appelle-  
 lantur Xenoparochi in l. munerum, ff. de muner.  
 facit Nonius Marcel. verbo Parochos, dum ait:  
 Parochus à Graeco tractum est nomen, quod vehi-  
 cula præbeat: notarunt Vossius lib. 1. de virtutis  
 serm. cap. 11. Alciatus lib. 1. prætermis. cap. 4. Bu-  
 dæus in annot. ad leg. 239. ff. de verb. sign. Cornel.  
 Vitel. in annot. filolog. 3. cap. 7. tom. 1. Thesauri Cri-  
 tici, fol. 599. Beyerlinch in Theatr. verbo Paro-  
 chia. Alteferra lib. 5. differt. cap. 1. Unde valde dif-  
 fert parochia à parœcia; est enim parochia præ-  
 bitio, seu spatium, intra quod veteres illi paro-  
 chi tenebant peregrinibus laute ministrare;  
 at vero parœcia est sacra vicinia, sive plurimum  
 domorum congregatio, vel conventus eorum, qui  
 sunt unius fani consortes: unde in l. adficia 8. C.  
 de operibus publicis, parœcumena diuturna adficia,  
 quæ vicina sunt operibus publicis. Illustrant File-  
 facus de origine parœc. cap. 1. Zerda in advers. cap.  
 78. Lemaitre lib. 2. de bonis Eccles. cap. 9. quare  
 apud nos Ecclesia ubi plures parœci officia divina  
 audiunt, dicitur parœcia in præsenti titulo, & in  
 l. 26. C. de episc. and. Parœciarum autem istarum  
 imaginem quandam habuit antiquitas; nam cum  
 Roma in tribus novemdecim urbanas, & una-  
 queque tribus in decem curias esset distincta, ne-  
 mo nescit unicuique curia suum fuisse templum &  
 proprium fæderitem. Marcus Varro: Curiae, in-  
 quir. duorum generum; & ubi curarent Sacerdotes  
 res divinas, sive curiae veteres; & ubi Senatus humanas,  
 ut curia Hostilia, quam primus edificavit Hostilius  
 Rex. In municipiis etiam sui fuerunt Sacerdotes;  
 nam & alia habebant à Romanis sacra, & alios ritus;  
 unde cum è municipiis in uib[us] comigrarent, sacris  
 municipalibus cogebantur renunciare, & Romanis  
 ritibus uti. Festus Pompejus ibi: Municipalia sa-  
 cra

*era dicta sunt ea, qua ab initio observabant ante civitatem Romanam acceptam, qua observare eos voluntatem Pontifices. & comore facere quod adfuerint antiquitas. Sed ad parocias Christianorum redeamus.*

8. Secundum sciendum est, primis Ecclesiæ temporibus paroeciam accipi non pro vicinorum æde sacra, sed pro diœcesi, id est Episcopatu, ut in can. 14. 34. & 35. Apost. Concilium Nicen. 1. can. 16. Antiochenum sub Julio, can. 9. ubi docetur, Episcopum unumque habere sive paroecie potestatum : & can. 21. cavitur, ne Episcopus ab alia paroecia, id est diœcesi, in aliam migret. Capitul. Caroli lib. 1. cap. 8. & è contrariodiœcesis dicitur paroecia, id est, Ecclesia, qua à presbytero regitur, ut in Concilio Africano can. 2. & in Concilio Tolet. 12. can. 4. ubi statuitur, ut diœceses, qua nunquam habuerunt Episcopum, non habeant. Concilium Agathen. can. 54. Aurelian. 3. can. 18. ibi : *De his verò clericorum personis, qua de Civitatensis Ecclesiæ officio monasteria diœcesis, vel basilicas in quibusunque locis positas, id est sive in territoriis, sive in ipsis civitatibus, suscipiunt ordinandas, in potestate Episcopi, si de eo quod ante de ecclesiastico munere habebant, eos aliquid, aut nihil exinde habere voluerit, quia unicuique facultas suscepit monasterii, diœcesis, vel basilice debet plena ratione sufficere.* Et lib. 7. capitul. cap. 49. ibi : *Nullus sacerdos in alterius civitate, vel diœcesi paucitatem, vel sub manu possum sacerdotis, vel qui reconciliatum se esse dixerit, sine consensu, & litteris Episcopi, vel Presbyteri in paroecia, Presbyter, aut Episcopus in civitate suscipiat.* Et cap. 175. ibi : *Sicutum est, ut faciat Ecclesia, nec non diœceses, que ab aliis possidentur sacerdotibus. Illustrat Filefacius de origine paroec. cap. 1. per totum. Lemaitre dicto lib. 2. cap. 14. Bottius de virtus sermon. lib. 3. cap. 32. Zerda in advers. cap. 26. numero 12. Frances de Eccles. Cathed. cap. 21. Sed præter hanc paroecia acceptionem, altera, & propria est, juxta quam non tota diœcesis, seu ejus particula significatur, sed pro vicinis, & eisdem Ecclesia accolitae ponitur, & vulgo nos dicimus Parochiam : quo modo accipitur in præsenti titulo, & in Concilio Arelat. can. 10. ibi : *De predicatione providimus pro edificatione omnium Ecclesiæ, & pro utilitate torus populi, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus paroecia Presbyteri ad populum verbum faciant.* Qui canon de sumptus est ex Concilio Valensi 2. sub Leone, can. 2. ubi PP. jubent, non solum in civitatibus verum & in omnibus paroecia verbum Domini Presbyteros facere debere. In legibus Franc. lib. 1. capit. 146. *Ut Presbyteri per paroecias suas familiis prædicent, ut inter amica altaria preparant.* Et capit. 148. *Ut nullus Presbyter in alterius paroecia Missam cantare præsumat, nisi in itinere fuerit.* Concilium Rothomag. can. II. apud Carnot. p. 5. Decreti, cap. 196. ibi : *Cum Episcopus suam diœcensem circuit, Archidiaconus, vel Archipresbyter eum præire deberuno, aut duobus diebus ad paroecias, quas visitaturus est, & convocata plebe annunciare debet proprii Pasoris adventum.* Concilium Tribut. can. 26. *Relata est coram sancta Synodo querimonia plebius, eo quod sint quidam Episcopi nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum suas per annum paroecias circuire.* Concilium Ticinense temporibus Ludovici II. Imperatoris, can. 17. & alia infra referenda. Paroeciarum*

mentio obvia est apud SS. PP. & Ecclesiæ canones. Ex veteribus apud Innocentium epist. 8. ad Florentiam, Leonem epist. 85. cap. 2. Pelagium epist. 2. ad Croconem. Concilium Sardic. can. 6. & 13. Chalcedon. action. I. & 13. Carthag. 3. can. 42. Carthag. 4. can. 33. & 102. Brachar. 1. can. 2. Tarrac. can. 8. Tolet. 4. can. 35. Tolet. 9. can. 2. Tolet. 16. can. 4. Valen. 1. can. 3. Valen. 2. can. 2. Aurel. 3. can. 5. Aurel. 4. can. 11. Aurel. 5. can. 2. Lugdun. 2. can. 2. Cabilon. 1. can. 5. Altissiod. can. 2.

Hujusmodi paroeciarum, seu ut vulgo dicitur, Parochiarum usus invaluit prius in agris, & extra urbes, quam in ipsis civitatibus: quippe prius Ecclesiæ temporibus antequam adeo numerus urbani, rosa seges extaret sementis evangelicæ, primi illi Ecclesiæ conditores bifariam operam suam, & opera ministros partiti fuerunt, in Urbem, & Urbis adjunctum territorium: atque intra muros quidem una sufficiebat Ecclesia ad synaxes, & sacros conventus habendos, ubi praeterant Episcopi; extra urbem in pagis, & locis ruricis alta Ecclesia construebantur, quas Cræci paroecias, Latini parochias dixerunt, & in eis Presbyteri, seu Chorepiscopi constituebantur. Postea tamen aucto fideliū numero, etiam in urbe diversè fuerunt constitute paroecias, quarum parochiarum, tam rusticatum, quam urbanarum mentio fit in Concilio Agathen. can. 22. ubi Civitatenses, seu diœcetani presbyteri vocantur velut distincti à presbyteris parochianis, qui extra civitatem degunt. In Concilio Antiocheno: can. 9. ubi de presbyteris in pagis, seu agris constitutis agitur; & in Concilio Mogunt. can. 45. docetur, dignum esse ut fideles donente filios suos ad scholas, sive ad monasteria, sive foras presbyter sit: quod reputat extat lib. 4. capitul. cap. 95. In Synodo etiam Romana sub Leone IV. can. 39. forenum presbyterorum mentio fit; & in Concilio Tolet. 3. can. 20. clericali locales, alii diœcetani appellantur. In Concilio Agathen. can. 21. statuunt Patres, ut nulli, nisi in civitatibus, aut parochiis solemnes, & festos dies agant: quod etiam docetur in Concilio Aurel. 5. can. 8. ubi aperta est civitas, & paroeciarum distinctio; quam etiam confirmat Concilium Arvernense can. 14. quod habetur apud Burchardum lib. 2. Decreti, cap. 131. & Iovinem p. 6. cap. 306. in hac verba: *Si quis ex Presbyteris, aut Diaconi, qui nec in civitate, nec in paroecia canonicus esse dignoscitur, sed in villa habitans, in oratorio sancto deserviens celebet divina mysteria, festivitatem principias, Domini Natalem, Pascha, Pentecosten, & si quæ sunt principales festivitatis reliqua, nullatenus alibi, nisi cum Episcopo suo in civitate teneat.* In Concilio Troslejan. can. 6. differunt parochia rusticæ nominantur: & in 6. Synodo can. 25. ex versione Gentiani Herberti habetur, parochias rusticanas. Diversa tamen fuit caulin situendi parochias in urbe, ac in municipiis, sive pagis; nam in civitatibus parochias fecit necessitas, & populi frequentia; nam cum insignes civitates, quas solas Episcoporum sedibus assignant sacri canones, ut dicimus in cap. 1. de privil. unus Prælatus regere non posset, neque magnum populum unius sedis spatia includere, vixit est Episcopis in legiones, & centurias populum dividere, & regiones civitatis certis limitibus describere, ut unicuique earum suis sacerdos

sacerdos & curio præficeretur; in pagis vero, & locis rusticis plerunque construebantur, cum dominum prædiorum petebant ab Episcopis extruenda parochia licentiam, ne familia, & municipes propter itineris incommoda raro sacris interessent: quare & à possessione ubi parochia construebatur, ipsa Ecclesia posse dicens. D. Gregorius lib. 11. epist. 32. § 34. ubi refert Cofnam Monachum in possessione, quæ Julianus dicitur, ordinatum fuisse presbyterum. In l. 33. Cod. Theodos. de Episcop. & cleric. ita sanxerunt Imperatores Arcadius & Honorius: Ecclesiæ quæ in possessionibus, ut adfoles, diversorum, vici etiam, vel quibuslibet locis sunt constituta, clericis non ex alia possessione, vel vico, sed ex eis nobis Ecclesiæ esse consititutæ, eveniunt ordinantur, ut propriæ captionis omnes, ac sarcinam recognoscant, ita ut pro magnitudine, vel celebratiori uniuscuiusque vici Ecclesiæ certus iudicio Episcopæ clericorum numerus ordinetur. Etiam ipsa paroecia territorium appellatur in Concilio Valesiæ can. 3. Wormalt. can. 60. Aurel. 3. can. 19. Tolet. 4. can. 34.

Inquiramus nunc originum, & dignitatem Parochiarum. Et eorum ordinem à jure divino provenire defendit Hallierius in vindicis censura, & orig. lib. 4. cap. 1. §. 4. & de hierarch. lib. 4. cap. 6. per nos patrum. Et successisse eos in locum 7. Discipulorum, docet Anacletus relatus in cap. 1. 21. dñs. & confirmatur ex epistola Montani Archiepiscopi Toletani ad Episcopos, & Parochos Palentini territorii, quæ habent post Concilium Toletanum 2. Revoluti, ait, manibus vestris, Presbyteri sacratissimi, Numeri liber, in quo vestri officia in septuaginta seniorum perfornis auſtiscatur honor & invenientis, quorum negotiorum vobis prærogativa concessa sit: adjutores vos Dominus nostri laboris, secundos dignitatis gradu esse volunt. Theodulphus Aurelian. in epist. ad Parochos, ibi: Sciote Parochi vestrum gradum nostrum Episcoporum secundum, & valde conjunctum esse, sicut enim Episcopi Apostolorum in Ecclesia, ita nimis Presbyteri ceterorum Discipulorum Domini vicem tenent. Fulbertus Carnot. epist. 2. ibi: Menses Dux Populis secundis adjutoribus, septuaginta viris videlicet de eodem populo sustentabatur, per quos forma Presbyterorum exprimitur, qui nunc in Ecclesia novitatis Pontificalis omnis in se suscipientes, regendis populis invigilant. Unde inter ipsa Ecclesiæ primordia parochias reperio, earumque memoriam sacris codicibus consignatam: & divisionem eorum cum suis limitibus jam olim Roma factam fuisse constat ex Evaristo anno 100. teste Anastasio Biblioth. in eo: ac ne parochiarum ista divisio, quicquam unitari christiana opponeretur, nére qui presbyterorum regionarium cura credebantur, viderentur esse ab Episcoporum potestate revulsi, quoties sacra myteria R. Pontificis obibant, toties fermentum sacram per omnes Ecclesiæ mittebat, ut per hanc communionem profiterentur omnes, se uni Episcopo tanquam patri adherentes, & hoc est, quod de Melchiade narrat Anastasius Biblioth. his verbis: Hic fecit, ut oblationes conferente per Ecclesiæ ex consecrato Episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. Verum hunc morem elegantiæ exprimit Innocentius epist. ad Decentium Episcopum, ibi: De fermento vero, quod die Dominicæ per tunc mittimus superflue nos considerare voulisti, cum omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sint

constitute, quarum Presbyteri quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum à nobis acceptum per acolytos accipiunt, ut se à nostra communione maxime illa die non judicent separatos. Et Concilii Laodicæni temporibus hunc morem perdurasse constat ex can. 14. ibi: Sanctæ oblationes ad vicem eulogiarum per festivitatem Paschalem ad alias parochias minime mitti oportere. Dionysius Papa 25. post B. Petrum, anno Christi 290, auxil titulos, seu Parochiarum numerum, & ipsis presbyteris assignavit cæmeteria ad curandum Martyrum sepulturam, ac fines, limitesque titulorum, five parochiarum constituit: de qua re sic ipse epist. 2. ad Severum Episcopum, ibi: Ecclesiæ singulas singulis presbyteris dedimus, parochias, & eamemoria eis divisisimus, & unicuique suæ proprium habere statimmo, ita videlicet, ut nullus alterius parochia terras, terminos, aut jus invadat, sed unusquisque suis terminis sit contentus, & taliter Ecclesiæ, & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal aterni Judicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non judicium pro suis actibus accipias. Originem Parochiarum, & earum divisionem in provinciis, tam Orientalibus, quam Occidentalibus, prosequitur latè Filefacus de origine parœ. cap. 4. per totum: & de antiquitate Parochiarum in Hispania egi lib. 2. Concilii Illyber. c. 45.

Ex quibus facile pervenitur ad rationem praesentis constitutionis; cum enim iam retro per plura secula ante Concilium hoc Nannetense Traditiones distinctæ essent, necessario parochiarum proprios debet cognoscere quilibet Pastor, nec licebat uni parochio sacramenta alienis parochianis ministrare, cap. 2. 4. & 5. 9. 2. Gregorius VII. in Synodo Romana, can. 7. ibi: Nullus presbyter parochianum alterius recipiat, nisi per necessitatem in baptismo, & in absolutione; & si quid caritative sibi oblatum fuerit, ex confessu illius, cuius parochianus fuerat, habeat, vel reddat. Refert Antonius Augustinus in epist. lib. 6. tit. 22. quod etiam cavitur lib. 6. capitular. Caroli, cap. 164. ibi: Ut nullus Episcoporum, vel presbyterorum parochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione credita sibi plebis. Et lib. 7. cap. 32. Sit unusquisque Sacerdos id est Parochus, concessis sibi contentis limitibus, nec in alterius parochia quidquam præsumat, ne usurpare locum alieno (sic lego non alieni, ut in excusis) Sacerdoti in alterius concedatur injuria. Et cap. 141. Statuum est, ut nullus Presbyter fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ de alterius Presbyteri parochia persuadeat, ut ad fidem Ecclesiæ, reliqua propriæ Ecclesiæ convenienter. Unde recte in praesenti canone statuitur, alienum parochianum non debere admitti ad Missarum solemnia in diebus Dominicis; immo potius de Ecclesia ejici, ut ad propriam redeat Ecclesiæ. Accedunt peculiares causæ, quare parochiani debent Dominicis diebus in propria parochia residere. Prima, videlicet ut a proprio Pastore discant non modo quod vere, & sincerè credendum sit, verum etiam quam probè, & integrè vivendum; idèo Parochus his diebus suas oves rectâ, & sanâ doctrinâ, velut salutifero cibo pascit, & enutrît, Synodus Trull. na can. 19. Oportet eos, qui præsumunt Ecclesiæ in omnibus quidem diebus, sed præcipue Dominicis, omnem Clerum, & populum docere picatis, & rectâ religionis eloquia. Concilium Mogunt. can. 25. De officio predicationis, si forre Epis.

*Episcopus non fuerit in domo sua, aut aliâ aliquâ causa exigente nos valuerit, nunquam tamen desit diebus Dominicis, aut festivitatibus, qui verbum Dei predicit.* Et in Concilio Vafensi 2. ban. 2. & Arelat. temporibus Caroli, can. 10. statuitur, ut non solum in civitatibus, verum in omnibus parochiis presbyteri parochi ad populum verbum faciant: quod prædicationis munus sœpe sœpius parochiis injungitur in Capitularibus Caroli lib. 1. cap. 166. *Ut ipsi sacerdotes unusquisque secundum ordinem suum predicare, & docere studeat plenam sibi commissam.* Et lib. 5. cap. 102. *Ut sacerdotes populi sibi commissi curam habeant, & instanter de eorum animarum salute predicent.* Et lib. 6. cap. 173. *Placuit ut fideles silentium in Ecclesia tencant, & devotè verbum Dei audiant.* Sed quomodo compelli possunt Pastores proprios parochianos docere, nisi ipsi adesse curent suis parochiis, saltem diebus Dominicis, dum Missa parochialis habetur? Concilium Senonense anno 1527. can. 11. & 12. Quare PP. Concilii Trident. sess. 24. cap. 4. ita carent: *Monet Episcopus populum diligenter, teneri unumquemque parochia sua interesse, ubi id fieri potest, ad audiencem verbum Dei.* Secunda peculiaris causa est, ut his diebus fideles oblationes faciant ad altare: ut præcipitur in cap. omnis, de consecr. dist. 2. Nostum est enim iure communni, & usu ac praxi majorum nostrorum, populum Dominicis, & ceteris festis diebus aliquid de suis rebus in Ecclesia offerre debere, ut docetur lib. 5. capitul. cap. 209. his verbis: *Hoc populo nuncietur quid per omnes dies Dominicanos oblationes Deo offerant, & ne ipsa oblato foris septa altaris recipiatur.* Concilium Matison. 2. cap. 4. Capitul. lib. 6. cap. 167. *Placuit, ut fideles oblationes eorum sacerdotibus quotidie, si fieri potest, in Ecclesia offerant; & si quotidie non potest, saltem Dominico die absque ultra excusatione fiat.* Et cap. 161. *Ut sacerdotes, id est Parochi admoneant viros, & mulieres, ut ad Basiliicas luminaria, incensum, & buccellas, & priuicias offerant, sive offerant, sicut scriptum est: Honora Dominum de tua substantia, & de primis frugum tuarum da pauperibus.* Capite sequenti sub fine idem scribitur, ubi pro auferant, legendum offerant. Concilium Cabilon. sub Carolo Magno, cap. 19. *Episcopi sanciunt, ut Episcoporum, & Abbatum coloni, & familie ipsorum ad eas Ecclesiæ deferant decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt.* Nec alias Ecclesiæ intelligendas esse dixerunt, quâm Parochiales: notavi in dict. can. Concil. Illiber. Adjungam etiam & alia, quæ in Missa parochiali profertur, quæ omnes nosse oportet, veluti infantes expositos receptos esse, juxta canonem 9. Concilii Vafensis, & ea qua dabimus in cap. 1. de infantibus expositos. Item ut festi dies, & facri sciantur, quos inter Missarum solennia Parochus annunciare debet, & jejunia, ut docetur in Concilio Forojulensi can. 13. & in cap. 1. de consecr. dist. 3. quæ omnia credo impulisse maximos, & suorum salutis amantissimos Praesules Hispanos, Archiepiscopum videlicet Tolaternum, & Episcopum Palentinum, atque Salmantensem, ut orarent facri Concilii Tridentini Patres, quatenus censerent, Missam parochiale ex præcepto, & lege Ecclesiastica audiendam in parochia esse, ut refert Filescus de origin. Paræ. cap. final. Et disciplina ecclesiastica recte consultum putarem, si majorum confus-

tudini hac in parte staremus, populus enim hodie neglecto illo sacro conventu parochiali, facilius in effanem ruit licentiam: & si jure divino, ut probavi in cap. 3. de clericis, non resid. Pastores tenentur diligenter cognoscere vultum personæ sui, siosque greges considerare; quomodo cognoscant, quos nunquam in sua Ecclesia videant?

Nec obstat dubitandi ratio suprà expensa; nam potius verum est, juris communis præcep. Dij. ptum stare de audienda Missa diebus Dominicis, & ceteris festis in propria parochia, ut ex juri dñi. lib. 1. cap. 1. instit. lib. 7. cap. 6. licet generali consuetudine sublatum sit; nam cum varia privilegia concessa fuissent Religionibus, ut in earum Ecclesiis adimpleretur præceptum hoc, qua referunt Hieronymus Garcia, & Chafling, ubi suprà, capit tamen negligi Missa parochialis, exceptis illis oppidis, & pagis, ubi tantum extat Ecclesia Parochialis. Sed an hodie possint Episcopi sufficiare præceptum hoc juris communis, sub excommunicatione jubendo, ut interfici omnes fideles Missa parochiali, disputant Suarez tom. 3. in 3. p. diffut. 88. sect. 2. Gutierrez lib. 1. canon. 99. cap. 30. à num. 14. Henriquez lib. 9. summe, cap. 25. num. 9. Theophilus tom. 16. in Heterocl. spirit. punct. 2. in fine, & tom. 12. fol. 151. Diana p. 10. tract. 13. resol. 5. Leander in præcept. Eccles. tract. 2. diffut. 1. q. 21. Trullench de offic. Parochi. cap. 6. Barbolæ codicent tract. cap. 11. num. 15. & de potest. Episcop. alleg. 24. & lib. 1. juris Eccles. cap. 11. num. 34. Gibalminus de censur. diffiqui. I. q. 2. confit. 7. per totum: qui omnes negativam tenuerunt sententiam ex eo, quia jam conculcavimus contrarium introductum est, & variis privilegiis concessum, ut in monasteriis, & oratoriis adimplatur hoc præceptum. Nec obstat argumentum difficultatis; nam cum præceptum hoc audiendi Missam parochiale ex causis superlatibus ab Ecclesia injunctione esset, non leve, immò grave judicabatur; unde illud frangens, præcipue ex contemptu proprii parochi, jussi portaret ab Ecclesia abjici, & post contumaciam excommunicari.

Sed suprà traditis obstat textus in can. 63. Concil. Agathens. ibi: *Ut ciues, qui superiorum Episcoporum, & Abbatum coloni, & familie ipsorum ad eas Ecclesiæ deferant decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt.* Nec alias Ecclesiæ intelligendas esse dixerunt, quâm Parochiales: notavi in dict. can. Concil. Illiber. Adjungam etiam & alia, quæ in Missa parochiali profertur, quæ omnes nosse oportet, veluti infantes expositos receptos esse, juxta canonem 9. Concilii Vafensis, & ea qua dabimus in cap. 1. de infantibus expositos. Item ut festi dies, & facri sciantur, quos inter Missarum solennia Parochus annunciare debet, & jejunia, ut docetur in Concilio Forojulensi can. 13. & in cap. 1. de consecr. dist. 3. quæ omnia credo impulisse maximos, & suorum salutis amantissimos Praesules Hispanos, Archiepiscopum videlicet Tolaternum, & Episcopum Palentinum, atque Salmantensem, ut orarent facri Concilii Tridentini Patres, quatenus censerent, Missam parochiale ex præcepto, & lege Ecclesiastica audiendam in parochia esse, ut refert Filescus de origin. Paræ. cap. final. Et disciplina ecclesiastica recte consultum putarem, si majorum confus-

*quibus civitatibus positus accipienda benedictionis de-  
siderio non venerit experendus. Concilium Aurel.  
can. 25. alias 27. ibi : Nati civium Pasche, Na-  
tali Domini; vel Quadragesima solennia in villa  
licet celebrare, nisi quem insinuat probabitur te-  
nuisse. Aurel. 4. can. 3. Cesarauguit. can. 4. 16.  
Kalend Janu. usque in diem Epiphaniae, quest. 7.  
Idem Janu. continuis diebus nulli licet de Ecclesia  
se absentare in dominibus, nec scedere ad villam, nec  
montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed con-  
curre ad Ecclesiam: quod quinon observaverit, de  
suscipientis anathema sit in perpetuum. Concilium  
Arymenianum can. 14. Ut festivitates praecipuis. Do-  
minicatale, Pasche, Pentecosten, & si qua aliae sunt,  
presbyteri, & cives natumajores celebrent in civita-  
tem suum Episcopo, non in villis. Unde cum in di-  
cendo an. 63. agatur de praecipuis Christi Domini fe-  
stivitatibus; ideo jubetur fidelibus simul cum Epi-  
scopis, non in villis, & parochiis, earum celebritati  
interesse.*

Secundò opponi potest textus in can. 16. *Concil. Saleugm.* ibi: *Decrevit quoque sancta Synodus,*  
*ut nullus Romanae est, nisi cum licentia sui Episcopi,*  
*vel eius vicarii.* Ex quibus deducitur, etiam irre-  
quifito Parocco posse parochianum peregrinè pro-  
fici sci; & per consequens in aliena parochia  
communicare, & Missarum solemnis interesse.  
Pro cuius canonis expositione sciendum est,  
quod licet fideles, dum in ipsa parochia per-  
sistunt, urbana, sive rustica, contempto pro-  
prio parocco non possint in aliena parochia  
Missarum solemniis interesse; tamen dum pere-  
grinè proficiuntur, in aliena parochia communi-  
care valent. Ideo autem in dicto can. 16. Con-

cili Salegust. prohibetur fidelibus absque licentia propria Episcopi, vel ejus Vicarii Romanum adire, qui ad limina Sanctorum Apostolorum procedentes peregrinantes à populo commeat exigeabant, & ex peregrinatione suis exactionibus occasionem obtinebant; ideo crebra illa peregrinationes à Patribus prohibentur. Alia etiam tuit causa ipsius prohibitionis, quia videlicet nonnulli tantum fiducia in omne scelus ultrò declives crederent omnia sclera sanctorum visitatione locorum elui, & prorsus oblitterari, can. 18, ipsius Concilii Salegusti ibi: *Quia multa tantam mentis sue falluntur stoliditatem, ut aliqui capitali criminis inculpati paenitentiam a sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maxime confisi, ut Romanum eundem Apostolicum omnia sibi dimittat peccata: sancto visum est Concilio, ut talis indulgentia illis non proficiat, sed prius iuxta modum delicti paenitentiam sibi datam a suis sacerdotibus adimpleant, & tunc Romanum tres velint, ab Episcopo proprio licentiam, & literas ad Apostolicum de eisdem rebus deferendas accipiant. Utrunque abulfum presul prefecit PP. Concilii Cabilon. 1. can. 45. ibi: Sunt nihilominus laici, qui putant se impunè ante peccare, aut peccasse, quia hec loca oratione frequentant. Sunt quidam Potentum, qui acquirendi census gratia, sub pretexitu Romani, sive Turonicæ itineris multa acquirunt, multos pauperum opprimunt, & quod solum cupiditate faciunt, oratione, sive sanctorum locorum visitationis causa facere videri affectant. Sunt pauperes, qui velide id faciunt, ut majorem habeant materiam mendicandi. Illustrat Savarus ad Sidonium lib. 5-epis. 5.*

## C A P U T III.

(a) Hadrianus Papa.

**N**ullus Episcopus alterius parochianum judicare præsumat. *Ei infra:* Nam qui eum ordinare non potuit, nec (b) judicate ullatenus potuit.

NOTE E.

(a) **H**adrianus.] Sic etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 3. Ex decreto Hadriani citatur textus hic à Burchardo lib. 2. Decreti, cap. 39. Carnotensi p. 6. Decreti, cap. 140. & recte; nam inter canones 72. ab Hadriano Papa adversus falsos accusatores, & opprimeores Pontificum, ac Episcoporum, in gratiam Ingelrammi Episcopi Mediomatici Romæ tunc de genere collectos, & editos anno Domini 785. repertus hic canon ordine 161 in hac verba: Nullus Episcopus alterius parochianum presumat retinere, aut ordinare absque ejus voluntate, vel judicare: quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita & dijudicatio: quoniam censumus nullum alterius iudicis, nisi sui, sententia teneri; nam qui cum ordinare non posuit, ne judicare voluntatem posuit. In cuius canonis notis hac subiectus Antonius Augustinus: [Hæc verba sunt Nicenæ (hæc eadem verba sunt cap. 14. Concil. Magni. sub Arnulpho, & lib. 7. cap. 308. Capitul. in additis, cap. 149.)] Concilii cap. 26. attestatur Julius Papa epiph. 2.

*cap. 6. sed desiderantur hæc verba post verbum  
(judicare) salvum in omnibus Apostolicâ an-  
tiquitate.] Exstat quoque de eadem re caput 16. Ni-  
cani Concilii Grace, & Latine, ex quo est dist.  
71. cap. 3. Butch. lib. 1. cap. 109. Ivo Carnot. p. 5  
cap. 211. Decret. Nec dissimile est caput 35. Gracis.  
Latinis 36. Apostolor. Calixtus Papa epist. 2. latius  
ex qua sunt tria Gratiani capitula 9. q. 2. Burchard. lib.  
9. cap. 39. & Ivo Carnot. p. 6. Decreti. cap. 14. ex De-  
cretis Hadriani Papæ cap. 15. Ivo p. 5. cap. 100. & 101.  
& p. 14. cap. 72. Decret. ex Calixti epistola. Ansel. lib.  
6. cap. 118. ex epistola Xysti omnibus Episcopis 119.  
& cap. 120. ex Celestini Gregorius IX. sub sietio de  
parochiis. cap. 3 Hadriano Papæ adscriptis Berna Pa-  
piensi. collect. Decretal. lib. 3. tit. 25. a. 3. Quod autem  
Ansel. Lunensis attulit ex Xylo, nos invenimus in  
epistola Xysti Minoris 2. ad Episcopos Hispan. cu-  
jus magna pars totidem verbis repetita est nomine  
Felicitis II. ad omnes Episcopos. Addanus Syri-  
cium Papam in epist. 4. cap. 6. & similem Innocen-  
tii epist. 2. cap. 7. qui refert, hanc fuisse Concili Ni-  
cani sententiam. Ex hoc capite sumpsit Gratianus  
caput 2. dist. 7. Ivo 3. 5. 73. Panormit. Idem mul-  
tus Concilii proditum est, Antiocheno cap. 13.  
& 21. ex quibus sunt 9. questi. 2. cap. 6. & 7.  
Burchard.*